





7

DE
TEMPLIS,
QUÆ OLIM PUBLICO IN LÖCO,
APUD NOS VATIS CUJUSDAM SACRI STTLUS
EXPRESSIT LUCULENTER:

*Quam sacer Hic Locus est, quam sancto horrore
tremendus!*

*Verè hic est cœli porta Domusq; DEI.
Ergò Locum hunc sacrum sacrâ quoque mente
frequenta:*

Sic Porta hęc templi fit tibi Porta Poli.
EJUSDEM ARGUMENTI GENUS SIBI
INDE TRACTANDUM PROLIXIUS
IMPETRARUNT
BONÆ INDOLIS ET SPEI NONNULLI
ADOLESCENTUM,
QUI UT FREQUENTI AUDITORIO
IN RECITANDIS MEDITATIONIBUS FOVE-
ANTUR, BENEVOLENTIAM

AB
URBIS HUIJUS
PROCERIBUS ORDINIBUSQUE IN-
CLTTIS, EA QUA PAR EST, HUMA-
NITATE DENUÒ
contendit

M. JACOBUS REICHMANNUS,
RECTOR.

Torgæ, Literis Viduæ Reinhardianæ, Anno 1673.

DE
TEMPLE

ONE OF THE

AND HIS

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE



TEMPLUM GRATITUDINIS
VIRO

Nobilissimo, Excellentissimo juxta ac
Experientissimo,

DN. GOTTFRID WIE-
SENERO,

MEDICINÆ DOCTORI CELEBERRIMO,
SERENISS: ELECTORIS SAXONIÆ
Archiatro & Practico felicissimo, &c.

pro immortalis Beneficio,

QVO

SERENISSIMO ELECTORI
SAXONIÆ

DN. JOHANNI GEORGIO II. &c. &c.
Domino nostro Gratosissimo,

nuperrimè

Scholam nostram commendando, benevolè nos affecit,
idqve Gratiæ & Liberalitatis impetravit, ut

SERENITATIS SUÆ
peculiari indultu

AMPLISSIMA SUA PRÆSENTIA

Actum Oratorium Memoriam B. LUTHERI consecratu m,
decoraret, multoq; illustrius tam sereno splen-
dore radiisque fulgentissimis redderet

Auditorium.

Humillimâ ac devotâ manu
extractum.

â

Musis Torgensibus .

RECTORI
VIRI
Nobilissimus, Excellentissimus, etc.
Friedrich Wilhelm
DN. GOTTFRIED WILHELM
RECTOR.

RECTORI
SACRAE ELECTORIS SAXONIAE
ACADEMIAE LIBERALIUM ARTIUM
in universitate
in immortalis memoriae

RECTORI
SAXONIAE
ACADEMIAE LIBERALIUM ARTIUM
in universitate
in immortalis memoriae

RECTORI
SAXONIAE
ACADEMIAE LIBERALIUM ARTIUM
in universitate
in immortalis memoriae

RECTORI
SAXONIAE
ACADEMIAE LIBERALIUM ARTIUM
in universitate
in immortalis memoriae



I. N. J.

Templa Christianorum, pietatis & Sanctimoniam, nec non modestiam sacraria, uti non nisi puram sanctamque frequentanda mente sunt: ita contra decus Christiani ordinis immane quid designaretur, si cui forte persuasum esset, in illis esse non secus licitum versari, ac si in foro, aut triviis, gregales, nescio quos, convenisset, aut cum vulgo & profanis res pro arbitrato peragenda esset, sine ullo Numinis intuitu ac reverentia. Certè si audiendus Præco est, qui voce intentam publicè, quotiescunque alioversum fortè rapiebantur animi, revocare eosdem nequaquam intermittebat, monendo graviter: Nihil aliud omnino præterquam **HOC AGENDUM**; sua propria conscientia cuique dictitabit idem, & non tam audiendum proponet, quam sanctè custodiendum, inque intimum depangere pectus nullo cessabit momento, Tempa videlicet summa reverentiã, nec non devotione summã, **SALUTATUM** cœlesti Numen, à nobis adeunda esse, inque Ejus Honorem, quæ debentur, vota ritè persolvenda. Hic enim ille erat stimulus, qui in Gentilibus & paganis illis non mediocrem horrorem commovebat, ut censerent communiter, castè adeundos esse DEOS, & circa Pietatem omnia honestè, decorè, graviter debere fieri. Quod ut in aperto etiam positum esset, inter Leges XII. & hanc principatum tenere, visum erat, de non negligendã pietate, & cultu divinò devotè peragendo. Et sic, eos germanæ quoque Sapientiam hausisse præcepta, & divini cultus genus didicisse, pilæ publicæ ac tabulæ testabantur, indigitantes: Nullam sane DEO adeò probari hostiam, præterquam si qua manu purã, à sacerdote purissimã pariter veste induto, ad-

A 3

ducta,

ducta, quæque digno honore, & thure quoque masculino,
prius fuisset adornata. Hinc severâ lege:

IRE PROCUL FRAUDES, ALIO ESSE SUB **AERE**
NOXAS, prudenter atq; salubriter erat sancitum. **FAVERE**
autem **LINGVIS**, & verbis, **ANIMISQUE FAVERE**, ille
religiosus, cœcarum quantumvis gentium, cultus genuinæ
ducebat pietati. Uno verbo ut complectamur multa: in
Templo verbis parcere: in Templo animos componere: in
Templo etiam tacitam mentem custodire, verè religio-
rum ut erat: ita, capitalem veluti pestem, impietatem fu-
gere, quantum possent, se decere imprimis arbitrabantur.
Quid? quod & hoc pietatis specimē in divinum Numen, nec
exiguam cultus partē cordatiores censuerint, ut liquidò con-
stare potest ex eo, quod Pythagoras, italicæ Philosophiæ Prin-
ceps docuit, quod nec Tempora ingredienda nec Templorum
fores prætereundæ sint, nisi id fieret cum modestiâ & reve-
rentiâ. In Templū prodiens adoratum, ait Philosophus: nihil
interea, quod ad vitam facit, nec dicito, nec facito. Addit
& hoc: Perfunctoriè Templum cave ingrediaris, neque ado-
rato omnino, neque ipsissimas fores prætergrediaris. Quam
in partem cum peccetur non rarò, summò nominis nostri,
ordinisque dedecore, meritò unicuique ruborem incutiat
hominum Lucis Evangelicæ expertium Sanctitas omnis, &
adversus fictos suos & commentitios DEOS affectata pietas.
Maxima virtus est tacendi, præsertim in Ecclesia. Quod si
secus fortè fieri contigerit (velut ejusmodi in priori-
bus quoque sæculis oppidò animadversum videmus) mi-
rum non est, si in eisdem acerbum admodum telum con-
torquere cogatur mellitissimus alias **AMBROSIVS**, indi-
gnabundus exprobrans in os improbis illis, qui interim,
dum piis undiqve vocibus & psalmorum hymnorumq; ca-
tu ædes sacræ personant, dum ad aras & altaria stant Sacer-
dotes,

dotēs, dum incrementis hostiis DEUS Opt: Max: placatur, quin
& DEUS ipse per os ministri cœlitus ad nos verba facit, de salute
æternâ & bono cœlesti recuperando, nec linguam, nec
strepitum cohibent, nec verbis profanis abstinent. An quicquam
est indignius? quærit laudatus AMBROSIVS; quam
oracula divina circumstrepere, ne audiantur, ne credantur, ne
revelentur? circumsonari Sacramenta confusis vocibus, ut
impediatur oratio, pro Salute deprompta omnium, cum gen-
tiles idolis suis reverentiam tacendo deferant? Unde illud
exemplum proditur. Alexandro sacrificante, Macedonum
Rege, puerulum barbarum, qui ei Lumen accenderet, excep-
sisse ignem brachio, atque, adusto corpore mansisse immobi-
lem, nec dolorem prodidisse gemitu, nec tacitò poenam in-
dicasse fletu. Tanta in puero barbaro fuit disciplina reve-
rentiæ, ut naturam vinceret!

Templum verò cum dicimus, non tam ædem tecto ac
parietibus cæteras eminentem domus, aut quicquid ad stru-
cturam insignem præterea requiri solet, à nobis dictum quis
arbitretur, quàm cultum potius Numini piensissimo debi-
tum. Qui à mundo quidem jam condito nulli fuit pecu-
liari à Deo destinatus loco, nisi quis velit documentis haud
incertis evincere ac commonstrare; primos stirpis nostræ
authores, in felicissimo illo & pleno divinæ amœnitatis ne-
more, ante illud, de ejiciendis ilicò è paradiso colonis, hor-
ribile carmen, sub arbore illâ religiosâ convenisse, juxtaque
ejus latus illibato affectu cultū Creatori Opt: Max: peragendo
rite, Deo Patri, suã ad aliquod temporis spatium, filialem obe-
dientiam probasse. Arbor enim illa scientiæ boni & mali,
quam adeò severò præceptò DEUS muniverat, graviter
interminando, ne vel prioribus labris gustaretur ex illa
fructus, nihil aliud erat, quam Ara DEI, & Templum, seu
Schola Theologica, in quâ contemplari, discere & experiri
poterant

poterant tum præsentēs, quid bonum, idquē unicè sectan-
dum, quid è contrà malum esset, quod omni studio re-
fugiendum quisq; sedulò reputare secum haberet necesse.
Conditur nova arbor, inquit D. LUTHERUS, ad discri-
men boni & mali, ut haberet Adam certum signum cultus
& reverentiæ ergà DEum, Nam cum omnia ei tradita es-
sent, ut iis pro arbitrio frueretur, seu ad necessitatem, seu
ad voluptatem vellet, requirit tandem DEus ab Adamo,
ut in hac arbore scientiæ boni & mali reverentiam & obe-
dientiam præstaret erga DEum, & hoc quasi exercitium
cultus DEI retineret, ne ex eà quicquam gustaret. Hic er-
gò primi Parentes honorem & cultum debitum DEo exhi-
buerunt, ubi DEus ipse concionator fuit, eisqve suum ver-
bum inculcavit. Hæc concio, pergit LUTHERUS, fuis-
set tanquam Biblia, nec opus habuissemus papyro, atra-
mento, calamis & illâ infinitâ multitudine Librorum, quâ
hodie indigemus, nec tamen millesimam ejus sapientiæ
partem consequimur, quam Adam habuit in Paradiso.
Totum studium sapientiæ hæc concio brevis, absolvisset
ac ostendisset nobis tanquam in tabulâ pictam bonitatem
DEI, qui sine illis incommodis naturam hanc creasset, quæ
postea per peccatum sunt consecuta. Hæc igitur arbor
scientiæ boni & mali fuisset Ecclesia, ad quam Adam cum
posteritate suâ die Sabbati convenisset, & post refectio-
nem ex arbore vitæ prædicasset DEum, & laudasset eum pro tra-
dito dominio omnium creaturarum super terram.

Prædicasset Adam summum beneficium, quod esset
cum posteritate suâ conditus ad imaginem DEI. Hortatus
esset, ut sanctè & sine peccato viverent posteri, ut ope-
rarentur fideliter in horto, ac custodirent eum diligenter,
ut summo studio caverent sibi ab arbore scientiæ boni &
mali.

mali. Hunc externum locum, ritum, verbum, cultum habuisset homo, postea rediisset ad operationem & custodiam, donec præfinitum tempus impletum esset, quo esset translatus in cœlum cum summâ svavitate.

Sed & quemlibet deinde locum cultui sancito liberum fuisse apertumq; , vel illud documento est, quod nec ABELI fuerit fraudi, libero subinde cœlo facere; aut ABRAHAMO, in amœnis umbris, propter arbores, sacris admoveere hostiam; nec Jacobo, ejus nepoti, in honorem benignissimi Numinis lapidem sub dio ponere, & super eo rei divinæ vacare. Hos imitari domi suæ consuevisse posteros ex sapientissimis Ebræorum Magistris nobis discendum est.

Placuit autem porrò ipsi DEO, præterlapsis bis millesimo & quingentesimo annis, monstrare ideam quandam Tabernaculi cujusdam non tantum exornandi, sed etiam erigendi, loco peculiari monstrato, divino ibi digito in monte cunctas partes designante, ejusque extruendi præcepta selectiora populi sui Rectori, præscribente accuratissimè, ut post tot itinera, ærumnas, & clades, Ecclesiæ res bene sperare iterum inciperent, & quilibet inde cœlestis sapientiæ haurire haberet statuta, & juxta eam vitam omnem sedulò componere. Hoc idem cum ambulatorium esset, cui, de loco uno ad alium novissimè monstrato, cum populo unà, transitus erat expeditior, tandem Maximi & sapientissimi Regum Israëliticorum DAVID, & SALOMON, Filius tanto patre non indignus, divino indultu huc omne intenderunt studium, ut certò figerent locò Ædem, in qua sacratissima DEi oracula reciperentur devotè, atque inculcarentur singulis avide petentibus. Cui cum colophonem imposuisset ipsissimo Mundi anno ter-

B

nacu-



maculum, donec post annos quadringentos, Templo hoc prorsus destructo ac desolato, abiret cum universa civitate Babylonem, in perpetuae captivitatis signum. Gratiofissimum porrò Numen afflictam respicere & sublevare juvabat iterum Judæam, suamque tot turpissimis monstris liberare Ecclesiam, ut septuaginta annorum spatio exacto, consuetis denuò ferretur laudibus juxta ac honoribus, sancteque coleretur ac suspiceretur à populo sibi nunquam non dilecto & proprio jure mancipato. Quà de causa sollicitavit fortissimorum Magnatum animos, qui tanquam salutare sidus Ecclesiae gregique periclitanti affulgerent, à tot cladibus tantum non deperditas res, divinae providentiae exemplo servarent restituerentque in integrum universas. Illorum ergò munere ac ope attollebat pressa hactenus Ecclesia caput, jura Ebraeorum respirabant, ipsum Regnum diuturniori squalore & situ obductum, pristino accepto splendore, mirum in modum revirescere, quodque palmarium erat, verus DEi cultus, & à Patribus sanctis propagata religio, liberalissimâ assera manu, in tuto iterum collocari videbatur. Et hoc quidem eò illustrius, quod non tam humanis vocibus & sacrificiis, quam ipsius Salvatoris Domini Templorum voce personuit domus recens extracta, & oblata divinis Aris hostia paulo post immolanda auspicato consecrata stetit. Tandem Domino hoc ac Salvatore communi infandum necato, & jam in caelum à patre sublato, destructum denique funditus per Romanos jacebat splendidissimum, cum Urbe, Templum, & quod auditu horrendum, propter tot scelera ibidem locorum designata, nunquam, nec in æternum amplius reaedificandum.

Quare

Quare ad ejus exemplum, si quæ nobis hodie patent
Templa, inhonorata sane habenda nequaquam sunt, sed
eâ quâ par est devotione & modestiâ, suspicienda, fre-
quentanda, Numenque in ijs salutandum ritu solennissimo.
Rectius tamen pietati nostræ convenire imprimis putaveri-
mus, si corpora quoque nostra ita paremus, ut honori
DEI. Opt: Max: consecrata pateant unicè & semper, & ab
inhabitantis Majestate sumant pretium & splendorem, cum
nec ullus locus aut honor inveniri possit, qui ineffabilem
summi Numinis celsitatem, ejusque immensam gloriam
& laudem aspirare valeat.

Hunc igitur campum Templis divinis exornatum, ut
sibi aperiretur oportunè, modestè admodum petierunt
quidam ex Alumnis nostris oratoriæ cultores, quorum de-
siderio egregioque conatui maximè promovendo, ut fiat
satis, majorem in modum rogamus **AMPLISSIMAS DO-**
MINATIONES, DIGNITATES VENERANDAS & HU-
MANISSIMOS FAUTORES LITERARUM, ut interesse
Exercitiis hisce iterum proximo die **JOACHIMI** haut dedi-
gnentur, suâque amplitudine & favore applausum Peroran-
tibus, si meruerint, geminare, confesso rei literariæ bono,

sicque

SEMPER HONOS ET NOMEN EOS LAU-
DESQUE MANEBUNT.

P. P. TORGÆ. CAL: DECEMBRIS A. M. DC. LXXIII.



B 2

Nomina

Sequuntur
Nomina eorum qui peroraturi sunt.

1. David Ilgen / Torgensis.
2. Petrus Paulus Hofmann / Torgensis.
3. Matthias Schlichtius Brand, Marchicus.
4. Gothofridus Bockshammer Fürstenvaldâ March.
5. Ernestus Wagenerus Primislav, Ucaro-March.

Hoc autem ordine sunt prodituri.

Prologi munia demandata sunt	IVto.
De Cedro Templi Salomonei cum mysticâ ejus explica- tione verba faciet	III.
Aurum Templi ejusdem, & quid mysticè significarit di- cendo exprimet	II.
De Sancto Sanctorum, Arca fœderis, & tabulis Testamen- ti dicturus est	I.
Colophonem imponet Actui	V.

GLORIA SOLI DEO.

99 A 6971

ULB Halle 3
002 912 201



Sb.

VJ 12
Retro





DE
TEMPLIS,

QUÆ OLIM PUBLICO IN LÖCO,
APUD NOS VATIS CUJUSDAM SACRI STTLUS
EXPRESSIT LUCULENTER:

*Quam sacer Hic Locus est, quam sancto horrore
tremendus!*

*Verè hic est cæli porta Domusq, DEI.
Ergò Locum hunc sacrum sacrâ quoque mente
frequenta:*

Sic Porta hæc templi fit tibi Porta Poli.
EJUSDEM ARGUMENTI GENUS SIBI
INDE TRACTANDUM PROLIXIUS
IMPETRARUNT
BONÆ INDOLIS ET SPEI NONNULLI
ADOLESCENTUM,
QUI UT FREQUENTI AUDITORIO
IN RECITANDIS MEDITATIONIBUS FOVE-
ANTUR, BENEVOLENTIAM

AB
URBIS HUIUS
PRO CERIBUS ORDINIBUSQUE IN-
CLTTIS, EA QUA PAR EST, HUMA-
NITATE DENUO
contendit
M. JACOBUS REICHMANNUS,
RECTOR.

Torgæ, Literis Viduæ Reinhardianæ, Anno 1673.

